



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridivm Chronologicvm Sacræ Et Prophanæ Historiæ

Salian, Jacques

Coloniæ Agrippinæ, 1638

Annus Mundi primus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64957)

Annus Mundi primus.

PRImus anni dies vespere incho-
tus, priore parte sua tenebrosus
habuit sub cœlo silentium, posteriori
condita est lux, fuitque is dies Dom-
nicus. *Annalium dies 1.*

Secundo die creatur firmamentum
orbisque cœlestes in medio aqua-
rum, & ex aquis, quando aër quoque
& ignis producti sunt. *Annalium
es 2.*

Tertio die congregantur aquae
in unum locum, tellus apparet, eique da-
tur fecunditas ad plantarum produ-
ctionem. Eodemque die producit
Paradisus terrestris.

Quarto die luminaria constituuntur
in cœlis.

Quinto die ex aquis aves, piscesque
producentur.

Adam.

Sexto die ex terra cætera animalia
procreantur, & postmodum ipse ho-
mo à Domino ex luto formatur, & cre-
atur, tum Eva ex eius costa pro-
ducitur, &c. *Annal. dies 6.*

Septimus dies Sabbati & quieti
Domino sanctificatur: Adam in para-
diso manet in statu innocentiae ad
dies aliquot. *Ibid. die 7.*

Decimo tertio die Adam tentatur
& pec

per annos expansos. §

& peccat, & cum vxore eijcitur ex paradiso. *Annalium die 13.* Concipitur Cain, n. 125.

Annus Mundi secundus.

Initio anni nascitur Cain. Nono in- *Cain, &*
de mense nascitur Abel, *num. 1. & 4. Abel.*

Anno deinde mundi tertio, & deinceps multiplicantur filij Adami.

An. mundi 10. incipit Adam agnoscere indolem diuersam Caini & Abelis, *Vide etiam an. 50.*

An. m. 100. notantur sacrificia Adami, Abelis, & Caini.

A. m. 130. Abel à fratre occiditur, & mox Cain ex piorum cœtu separatur. *ibid. n. 32.*

An. m. 131. nascitur Sethus in locum *Seth.*
Abelis. Nascitur & Enoch filius Caini. *ibid. n. 6.*

A. m. circiter 150. conditur à Caino Enochia ciuitas.

A. m. 236. Sethi 106. natus est filius eius Enos, qui cœpit inuocare nomen *Enos.*
Domini. *A. m. 250.*

A. m. 326. nascitur Cainan filius Enos, anno Patris 90. *Prior Cainan.*

A. mun. 396. nascitur Malaleel, filius Cainan, anno Patris 70.

A 2

A. m.